

partis locū addiscemus. Quod iccirco facimus ut Solis qualitas respectu
ascendentis sit uelut qualitas Lunæ respectu partis fortunæ. Erit enim for-
tunæ pars quasi ascendens Lunæ. Hanc autem eandem rationem imitari ui-
dentur qui dicunt q̄ in nocturnis nativitatibus, ut à Luna in Solem enu-
meremus oportet. Deinde ab ascendentे in itiendo eiusdē numeri quanti-
tatem in contrariū eius quod prædiximus .i. secundū ordinatam signor̄
antecedētiā cōputemus. Quod eū fecerimus idem partis fortunæ locus
qui nobis exierat, secūdum modū apparebit, & eadē erit societatis figuræ
qualitas. ¶ Conuenit etiam ut ex his in die Solem si fuerit loco alhileg pri-
mitus eligamus, si autē Lunam, quā si nequuerimus eligere stellam, quæ
maiores auctoritates habuerit in dispositione loci Solis, & loci præcedētiā
cōiunctionis, necnō & ascendentis eligemus .i. stellā q̄ habuerit ex .s. po-
testatibus per quas dispositio consistit .z. uel plures auctoritates in aliquo
locorū prædictorum ē eligenda. Quod si non cōtigerit, ascendētiā gradū
accipiemus. ¶ In nocte uero conuenit ut Lunā primitus eligamus, postea
Solem. Deinde stellā quæ maiores auctoritates habuerit in dispositione
loci Lunæ, ac loci præcedētiā præuentionis, loci q̄ partis fortunæ. Cū autē
hoc non euenerit, dominiū si nativitatem cōiunctio p̄cessit accipiemus ascen-
dens. Si autē præuentio p̄cesserit fortunæ partem, q̄ si fuerint utrāq̄ lumi-
naria, & qui secundū conueniens alahiz dispositor fuerit in locis alhileg,
conuenit ut ex luminaribus, illud quod loco maioris & fortioris potestatis
fuerit, sumamus. dispositorem autē eligere super luminaria nullatenus cō-
uenit, nisi cum loco maioris & fortioris dignitatis fuerit, habens in dispo-
sitione secūdum duo alahiz auctoritates. ¶ Cūq̄ patuerit alhileg duas eius
species nobis obseruare conueniet. Quanū altera est secundum signorum
successionem solūmodo. Altera uero & secundū eorundē successionem &
in successionis contrariū. Illā quæ est solūmodo secundū successionem in
qualitate, quæ radiorum projectio nūcupatur, nos obseruare conuenit, q̄
tūc esse dicitur cū alhileg in locis orientalibus .i. à cœli medio usq; ad ascen-
dens fuerit. Illam uero quæ secundū successionem & in successionis contra-
rium existit ea in qualitate quæ græce urine appellatur, considerabimus.
Hæc quidem est, cū alhileg in loco recedēte à cœli medio fuerit, & cum tali
ter ista fore percipientur, gradus interitum significā secūdum alhileg quæ
est in specie quæ contra signorū accidētia inuenerimus, erit gradus occidēs
eo solūmodo q̄ ipse uitæ dominium occultat, secundū stellarum gradus
ipsi eidem alhileg quæ sic inuenta fuerit applicantiū aut eidem testificantū,
ob hoc .s. q̄ ipse collectis numeris superaddunt & minuūt usq; ad horam
qua ceciderit alhileg, præter q̄ non occident, eo q̄ ad locū hyleg ipsæ non
eunt, sed ipsa uadit ad earum loca. At illæ quæ semper addunt fortunæ
q̄ uero minuūt infortunæ dicūtur. Mercurius iterum erit cum stellis q̄bus
associabitur in figura. ¶ Numerus autē augmenti uel diminutionis ex lo-
cis graduū uniuscuiusq; eorum deprehendet, Ipse etenim secundū nume-
rum temporum horar̄, quē unusquisq; gradus eorum habuerit, inueniet.
Nam cū tempus diurnum fuerit, tempora diurnalium horarū attribue-
mus. Cūq; nocturnum extiterit, tempora nocturnalium horar̄, secundū